mentē reficere. q̄ ventrem moriture carnis terreno satiare. Itē greg. in dyalogo. Nimirū constat q̄ maius est miraculū predicatōnis verbo atq̄ orōnis solatio pctōrem conuertere. q̄ carnem mortuam suscitare. Huc patrem spūalem tripliciter honorare debemus. Primo eñ humiliter obediendo. in his potissime q̄ de iure teneris plebano. puta cū tibi precipit celebrare tūc celebres. q̄ interdicta ecclesie serues qñ tibi p̄cipit ad ieiunandū ieiunes. q̄ excōicatos strictissime vites. et penitentiā tibi iniunctā in ꝯfessione adimpleas. Omniū eñ horum transgressio p̄dictorū. maxime si fiat ex deliberatōe ⁊ ꝯtēptu inducit pctm̄ mortale.

## De excōmunicatione.

Circa p̄dicta tria sunt notabiliter aduertenda. I. Primū ē quantū ad excōicationis sententiā quā quilibet xp̄ianus merito debet abhorrere. que est duplex maior ⁊ minor. Minor separat a sacramētis ecclesie. q̄ nullū recipiendū est sacramentū in minori excōicatione nec etiā osculum pacis. quā minorem excōicationem q̄s incurrit q̄cito scienter et ꝯtra p̄hibitōem cōmunicat cum excōicato comedendo loquendo emendo vendēdo. ⁊ sic de alijs. Et ab ista minori excōicatione potest absoluere quilibet sacerdos qui habet potestatem sup talem hoiem q̄ possit eum absoluere a pctō mortali. Et ista absolutio fit solo verbo dicēdo. absoluo te a sentētia excōicationis quā incurristi cōicando in loquendo siue comedēdo ⁊c. Et ista absolutio potest fieri sine sacramētali ꝯfessione. sic q̄ ille exhibeat se ⁊ fateatur se cōicasse cum excōicato vel loquēdo vel comedēdo. et sic de alijs. K.

Excōmunicatio vero maior separat ab ingressu ecclesie et a cōmunione fidelium et a sacramētis. Et talis excōicatio est timenda merito cuilibet xp̄iano p̄pter quinq̄ rōnes. Primo q̄ p̄pter ip̄am talis excōicatus excluditur a ꝯsortio omniū xp̄ifidelium in terra viuentiū. Item a ꝯsortio dei et beatorum in eterna felicitate existentiū. Ergo comparatur leproso q̄ habet morbū infectiuū qui a ꝯsortio omniū eijcitur. Et ideo lepra carnalis ab om̄ibus hominibus multum timetur. eo q̄ est morbus contagiosus. Et multi sunt homies q̄ alias infirmitates poti⁹ sustinerent q̄ lepram eo q̄ ab hominibus separat. Sed multo fortius timenda est excōicatio. q̄ est ictus gladij spiritualis qui magis timendus est q̄ gladi⁹ corporalis. Vñ Aug. dicit de illo q̄ excōicatur q̄ grauius est hoc illi q̄ si perforaretur gladio vel a feris deuoraretur siue in flamis exureretur. Scdo timēda est excōmunicatio quia est valde damnosa. Aufert enim homini partem suam de omnibus missis orationibus et elemosinis. et alijs bonis que fiunt in ecclesia dei quod non est paruum damnum. Quis enim digne sufficeret estimare valorem vnius misse. Quid tunc de omnibus missis que celebrantur per totum mundum. et de omnibus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-434/0066
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG